



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. X. Civitatis Castellanae primogenituræ. De eadem materia, An primogenitura vel fiedicommissum stare debeat in suspenso, donec durat spes vel potentia existentiae personarum de linea prius vocata ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

inspectione, indagandi scilicet ex facti circumstantiis & conjecturis verisimilem testatoris voluntatem, ita expendendo rationes, ex quibus unum vel alterum voluisse credendum sit, adeo ut esset magis questio facti & voluntatis quam juris, spectata magis substantia verisimilis, quam cortice ac figura verborum, quoniam in omnibus decisionibus editis in Bonon. primogenitura de Luparis dis. 7. admittitur voluntatem testatoris in specie, omnibus prævalere, etiam ex conjecturis desumptam.

Pro actore autem, ex excludenda suspensione seu necessitate expectandi futuram capacitatem personæ prædictæ, seu prius vocatæ, satis urgere videbatur consideratio, quod ita dari posset casus,

ut nunquam resultaret finis seu effectus à testatore desideratus, Vel quia successor pro tempore, sub clipeo habilitatis ad assumendum doctoratum, posset dicam qualitatem negligere, Vel quia dari posset casus, ut antequam perveniret ad ætatem, quæ pro dicto gradu allequendo necessaria est, decederet superstiti filio infante ac inhabili; & sic successivè, adeoque ad hoc inconueniens evitandum videbatur dicendum testatorem habentem in animo perpetuam & continuam existentiam personarum de ejus nomine & familia ejusdem professionis, de qua ipse erat, voluisse honorare, nedum amicum cognitum ac dilectum, sed etiam ejus posteritatem, quatenus

14 tamen de illa adessent idonei & capaces, juxta eam prælationem, quæ in officio Aduocationis de jure conceditur filiis habilibus & capacibus Aduocatorum morientium ad text. in l. inbennus s. pro sportulus, de Aduocat. diversorum iudicum, & l. nemini s. & filios C. de Advocat. diversorum iudiciorum cum concordant. per Magistrat. lib. 1. cap. 28. num. 2. cum seqq., ex quibus originatur praxis concedendi coadiutorias filiis Aduocatorum Consistorialium, præsupposita tamen illorum capacitate; Et hic videbatur casus, quod scilicet ipsum munus principaliter desideratum esset, accessorie verò concessa prælatio huic generi personarum magis quam aliis ignotis, atque ista consideratio me satis torquebat.

Econversò satis urgebat onus iniunctum obtinenti hanc successionem, assumendi cognomen & insignia testatoris, ex hoc enim duo resultare videbantur, Primò scilicet ipsum principaliter respexisse ad renovationem & conservationem propriæ familiæ, penes quam bona exitura essent, cum alio tamen onere consecutio continuandi eandem professionem seu institutum, de quo ipse testator erat; Et secundò fortius ob maximum inconueniens exinde resultans cum sui nominis & familiæ dedecore ac ignominia, ita enim dari posset casus, quod plures ex primò admittis decederent absque filiis tunc capacibus, unde propterea bona ad aliud personarum genus transitum facerent, tales autem filij & descendentes jam effecti de familia testatoris per eorum patrem assumpta, remanerent bonis denudati ac in statu miserabili, unde vilibus ac sordidis exercitiis incumbere cogerentur, atque tractu temporis ita penè tota Civitas hujusmodi cognomine repleretur; Hæc autem præponderare videbantur aliis ut supra in contrarium urgentibus; Et nihilominus observabam sufficere, ut essent equalis ponderis, seu quod ad invicem se destruerent aut debilitarent, ut eis ita conquassatis vel debilitatis, firma remaneret regula juris, quæ reo convento affixebatur, ut bona non egrederentur à linea jam admittis, in quam ingressa sunt, neque ad aliam transeant, nisi ea totaliter evacuata, quod dici non potest, donec durat ejus spes vel potentia; Ideoque

dicebam, punctum inevitabilem consistere in ratione perpetua linearum, quodque non ageretur simplici jure vitalicio & personali ratione æque. Alia etiam particulari circumstantia accessoria quod testatori benè innotescerat, Ioannem Rotam primò institutum in quo ejusque descendentes ejus familiam inenovare & conservare voluit, habere dictum filium tunc in factis ab ipso in factis leuatum, ac dilectum tanquam filium spiritum, unde potuit cogitare casum qui contigit, & quod Doctoratum vel aliam qualitatem desideravit tanquam modum suo congruo tempore autem tanquam conditionem.

Et licet nimum inlisteretur in eo, quod prædictus & possessor, donec superveniret capacitas, non posset bona obtinere, Respondere tamen, quod non quid sit de hoc, dum ita erat supponere pro conditione id quod erat in questione, ut scilicet qualitas pro conditione, non autem pro adjecto esset, adhuc tamen ille duplicem generis periculum, unam propriam, alteram vero reo ultimi grauati & possessoris, unde quando ex parte persona obtinere non posset bona controversata, nec superveniret capacitas, retinere poterat ea cuncta jure continuationis penes hæredem prædictum, donec certificaretur persona fideicommissarii successoris juxta decis. 517. par. 4. divers. mor. cum aliis infra in Romana locorum monium pro reo. Ac etiam quia reo & possessori sufficit vincere non jus actoris absque sui juris justificatione, ut repellendo ob non probatam purificationem conditionis, sub qua vocatus est, ad quem effectus sufficit existentia facti personarum de linea genere prius vocato atque in conditione potest quamvis ille non succederet, cum non sit inconueniens, ut quis non possit succedere, & tamen debere faciat conditionem, seu impediat ejus purificationem ad text. in l. filius familias s. cum esset reus ff. de legatis primo cum concordantibus per Sarrum un. conf. 102. n. 38. & seqq. lib. 1. Rota decis. 1. par. 2. par. 3. recent. Romana fideicommissum de Soriano May 1643. coram Carillo, inter suas decis. 266. per strata etiam occasione hujus causæ per Mancinellum supra consultat. 80. quæ in materia reputatur magis stralis pluries canonizata, & admittis in d. Bonon. fideicommissum de Cateneis ut disc. 40., adeoque probabilitas huic parti magis assistere videbatur.

CIVITATIS

CASTELLANÆ
PRIMOGENITURÆ

PRO

IOANNE FRANCISCO LIPPICO

CV M

FRANCISCO etiam LIPPICO.

Causa decisus per Rotam pro Io. Francisco

De eadem materia, An primogenitura vel fideicommissum stare debeat in suspensis donec

donec durat spes vel potentia existentiae personarum de linea prius vocata & admiffa; Et quatenus de facto remotior admiffus fuerit, An proximior postea superveniens illum expellat, ac fuffeffionem revocet; Et in specie ubi vacatio non provenit per mortem naturalem sed civilem, puta per bannum vel delictum, aut caducitatem ratione contraventionis, An filii procreati post bannum vel delictum seu caducitatem, ab eo ex cujus persona sequuta est vacatio, admiffi sunt, & expellant remotiorem admiffum.

SYMMA RIVM.

- 1 **F** Alti series.
- 2 Resolutio cause.
- 3 Quod in primogenituris non detur suspensio, sed ille qui reperitur de tempore facti casus admittatur, neque proximior postea veniens revocet fuffeffionem.
- 4 Filii procreati per eam, qui fuffeffiffi caducitatem passus est, non revocant fuffeffionem alteri delatam.
- 5 Fuffeffiffum pœnale in casu delicti, vel alienationis regulatur eodem jure, quo fuffeffiffum in casu mortis.
- 6 Delictum patris non prejudicat filiis in iuribus, qua istis competunt ex persona propria.
- 7 Sententia contumacialis non probat delictum.
- 8 Quod in substitutionibus pœnalibus in casu delicti non detur suspensio, sed illico admittatur substitutus.
- 9 Regulariter remotior admiffus ad fuffeffionem non excluditur per proximiozem postea venientem.
- 10 Fallit ex conjectura a voluntate testatoris.
- 11 Quae reputetur conjectura efficax.

DISC. X.

PONTIUS Lippicus instituto herede Lippico ex fratre pronepote, fuffeffiffum cum ordine primogenituræ in universam ejusdem Lippici descendentiæ masculinam instituit, cum consueta cautela privationis in casu delicti, ob quod intrare posset confiscatio, cum substitutione ad favorem proximè fuffeffiffi obligati ad restitutionem in casu, quo delinquens in gratiam restitueretur; Ex Lippico fuerunt superstites Theophilus, & Franciscus, quorum primus, defuncto patre morte violenta, inquisitus fuit de parricidio, atque in contumaciam capitaliter bannitus, unde propterea quamvis ipse duos haberet filios jam procreatos tunc infantes, alter frater secundogenitus, præterdens factum esse casum dictæ substitutionis, illam agnovit, sed vivente Theophilo pacificam non habuit possessionem, ab isto donec vixit de facto continuatam, bene tamen obtentam eo mortuo ob ipsius filiorum infantilem ætatem; Quare ad aliquod tempus Lippicus junior dicti Theophili filius primogenitus iudicium instituit contra patrum coram A. C., ac obtinuit, & commissa causa appellationis in Rota coram Cerro, eamque prosequente Joanne Francisco secundogenito, ob dicti Lippici mortem interim sequutam, datoque dubio, An, & de cujus bono jure constaret in

Cardin. de Luca De Fuffeffiffum.

dicta fuffeffione, illoque proposito sub die 27. Martii 1661, pro Joanne Francisco nepote contra patrum produit resolutio, cui patruus acquievit, dum quod sciam, causa ulteriorem progressum non habuit.

In hac igitur disputatione, scribentes pro patruo reo convento insistebant in eo, quod cum ageretur de primogenitura, illa vacare non poterat, neque stare in suspensio, & consequenter facto casu substitutionis propter bannum cum publicatione bonorum, illico factus fuerat casus fuffeffionis ad favorem ipsius fratris secundogeniti, ita sublato civiliter fratre primogenito qui jus primogenituræ obtinuerat, non curata superveniencia filiorum ipsius primogeniti delinquentis, atque ita civiliter mortui, quoniam attendi debet tempus apertæ fuffeffionis, & quisnam tunc esset proximior, non curata superveniencia alterius proximioris, quoniam quicquid alicui reneant super intelligentia doctrinæ Lamberti de Ramponibus, magis communis ac recepta est opinio, ut hujusmodi fuffeffio sit irrevocabilis, neque superveniencia personæ proximioris attendatur juxta auctoritates cumulatæ in Bonon. fuffeffiffum. de Barberis coram Corrado & Bicho decis. 97. num. 28. & seqq. & decis. 218. par. 11. rec. num. fin., & quarum prima est etiam repetita post Censal. ad Peregr. decis. 173, à quibus decisionibus dicti scribentes totum delinquebant, cum tunc adhuc introducta & disputata non esset causa in Bonon. primogenitura de Luparis, de qua supra disc. 7., ubi formiter examinatus fuit iste punctus, an in primogenituris detur necne suspensio.

Atque in idem ego ponderabam adduci posse firmata decis. 38. par. 1. divers. & in Romana fuffeffiffi de Cartulis coram Verospio decis. 123. par. 10. rec. num. 27., ubi à simili, quod gravato, seu fuffeffiffi possessore incurrente caducitatem ob alienationem vel aliam contraventionem, unde aperitur fuffeffiffum proximiori tunc exstanti, non curaretur superveniencia filiorum ex eo qui caducitatem jam passus est.

His tamen non obstantibus, reflectendo etiam ad solam veritatem, mihi pro nepote contra patruum scribenti, iuxta beneque fundata visa est resolutio ob omnes dictas excitationes difficultates cessantes ex facto, quod ita de plano omnem dirimebat questionem; Tum quia justificabatur, de tempore sequuti banni, jam procreatos esse præfatos filios, quibus proinde ex tunc fuffeffio juxta ordinem primogenituræ delata fuit, cum istud fuffeffiffum pœnale in casu delicti regularetur juxta ordinem fuffeffionis in casu mortis, ut aliis relatis firmatur decis. 593. num. 1. par. 2. rec., quæ est eadem apud Vbaldum decis. 230., Unde quemadmodum si tunc sequuta esset mors dicti Theophili, absque dubio fuffeffio delata esset ejus filiis juxta ordinem primogenituræ jure continuationis bonorum in linea jam admiffa, à qua donec evacuetur, non sit transitus ad aliam lineam ordine præpostero ac subfidiarè vocaram, ita in præfenti, cum delictum patris præjudicet quidem filiis in bonis ab ipso patre delinquente provenientibus, non autem in iis, quæ ab eo independenter eis delata sunt ex persona propria, ut in terminis specialibus filiorum ejus qui de parricidio imputatus & condemnatus fuerat, exteris relatis firmatur per Rotam in Romana fuffeffiffi de Cincis coram Virili decis. 479. n. 22. & 29. par. 5. recentis.

Et secundò quia non constabat de delicto concludenter, ut requiritur ad effectum, ut dici posset

C

factus

de LUCA
De
tamentis
stat.
CVI
9

factis casus fideicommissi, cum sententia banni esset contumaciatis, quæ juxta opinionem, in qua refidet Rota & Curia, non probat delictum, neque sufficit ad hujusmodi effectus, nisi aliunde justificetur, cum potius lata censetur in pœnam contumaciæ juxta doctrinam Bart. in l. Papinianus §. meminisse ff. de inoff. testam. cum concord. per Lotter de benef. lib. 3. q. 18. num. 160. & seqq. Greg. & Adden. decis. 371 num. 10. decis. 117. num. 6. par. 3. recent. & frequenter in materia beneficii; Et in terminis specialibus ad effectum præsentis controversiæ decis. 394. num. 19. & sequen. par. 5. recent.; Et sic dupliciter cessabat dicti Francisci patris jus in hujusmodi primogenitura, unde propterea ex solo facto causa remanebat plana pro hac parte absque alia inspectione juris.

Verum ubi utrumque facti motuum cessaret, quia nempe de delicto bene constaret, atque filii per delinquentem post bannum ac incursum caducitatem procreari essent; Quamvis ego ex tunc erroneam crederem differentiam obiter insinuatam in d. Bonon. fideicommissi de Barberis inter primogenituras & fideicommissa, quod scilicet ea suspensio, quæ ex veriori & recepta sententia datur in istis, non detur in illis; Attamen cum ageretur de vacatione propter delictum, ac de substitutione ordinata ad effectum, ut bona transire non possent neque ad tempus ad manus filii, Admittebam non intrare dictam quæstionem suspensionis, durante spe vel potentia, sed quod illico admitti deberet substitutus, ex clara voluntate testatoris ita in verbis expressè disponentis, ut est hujus cautelæ consueta formula, Ac etiam quia consideravit testator spem seu potentiam reintegrations in ipsomet priori possessore delinquente, & tamen voluit interim bona deferri ulteriori substituto, quam ita gravavit ad restituendum priori, postquam sublato impedimento, restitutionem in gratiam obtinisset, & sic voluntas erat clara dirimens dictam quæstionem.

Quare solum intrabat altera quæstio derivata ex dicta traditione Lamberti de Ramponibus de qua in his individualibus terminis filiorum procreatorum post bannum, habetur actum in Lucana coram Dunozetto, Ghislerio, & Pirovano decis. 346. & 5. rec., & decis. 103. par. 6. & quarum prima est repetita inter illas Dunozettii dec. 142., ubi quamvis ex magis communi opinione statuatur regula super irrevocabili successione ejus, qui reperitur proximior de tempore facti casus, denegata proximioribus postea venientibus facultate revocandi, quæ regula pleniori calamo etiam in casu vacationis per mortem firmatur in allegatis decis. 95. num. 29. & seqq. & decis. 218. num. fin. par. 11. rec.

Illam tamen limitatur ex contraria etiam præsumpta & conjecturata disponentis voluntate, ut in eisdem decisionibus supra allegatis admittitur, & est principium absolutum, quoniam in hac materia ultimarum voluntatum, omnes juris regulæ & quæstiones cadunt ad effectum inducendi solum juris præsumptionem uni vel alteri magis assistentem, semper tamen ac perpetuè, nè dum contraria probatione, sed etiam fortiori præsumptione elidibilem, ideoque adinstar ferè omnium aliarum, quæstionem eandem ultimarum voluntatem materiam concernentium, remanet quæstio potius facti quam juris uniformem regulam seu determinationem non recipiens, sed pro singulorum casuum particularibus circumstantiis decidenda.

In his autem specialibus terminis fideicommissi pœnalis propter delictum, illa reputari solet potissima & efficax canonizata in supra alle-

gatis decisionibus in Lucana, cum quibus bene in quoque causa processum est, quod scilicet reator demendavit reintegracionem ipsiusmet delinquenti & delinquentis, quatenus in gratiam restitueretur, unde liquet testatorem noluisse revertere ordinem primogenituræ ac successione casu mortis naturalis attendendum, neque concludere lineam admittam ob alteram remotionem sed solum ita juxta communem cautelam provisionaliter statuere voluisse ad excludendum materiam ac tollendam præjudicalem bonorum vacationem, donec duraret impedimentum ob quod ordo per ipsum præscriptus effectum sortiri non potest, & sic mera dispositio provisionaliter tantum effectum tantum, non apta alterare substantiam principalis dispositionis seu ordinem præscriptum, unde ex pluribus iusta, & probè videbatur dicta resolutio contra parvum hereditogenitum.

ROMANA
FIDEICOMMISSI DE VRSINA
SEV
BLANCHINIS
PRO
VIRGINIA BLANCHINIA
CVM
IOANNE FIDELE FILIO.

Casus decisus per Rotam pro Ioanne.

De eodem, An scilicet vocato uno genero post alterum, quod testator præferebat, luit; Puta vocatis masculis & femina cum prælatione masculorum, An dicitur istorum spes seu potentia durat, adhibenda sint femina; Et quatenus adhibentur, An excludantur per masculos postea supervenientes, Et in specie de his excludente propriam matrem.

S V M M A R I V M.

- 1 Facti series.
- 2 Decisiones causæ.
- 3 Fundamentum decisionum, quod masculus excludit propriam matrem.
- 4 Resolutiones non placent, & de ratione.
- 5 Regulariter appellatione masculorum veniunt etiam masculi cognati per feminas, fortius in fideicommissis ordinato per feminam.
- 6 Etiam feminae solent diligere familias virorum, & habere rationem agnationis.
- 7 In conjecturalibus vispote arbitrariis, non datur iustitia qua vincatur.
- 8 Quod habemus de duobus, vel tribus consensibus intelligitur de iustis.
- 9 Ad materiam tex. in l. si viva matre, ut filius sit melior quam mater.
- 10 Quando filius sit melioris conditionis, quam mater.